



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Gratiæ magnitudo Virgini Deiparæ divinitus in sua immaculata  
Conceptione collata. Cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

columna  
ostendens  
locum ca-  
strorum.  
Num. 9.

viam ostendendo ducem se praestitit, & à solis ardore protegit; verum etiam statione sua locum castrorum ostendebat. Num. 9. quæ omnia spiritualiter Virgo operari solet in suis devotis. Quando ergo ad loca, in quibus peccandi sunt occasiones, incitaris, sanè ille non est locus tibi à Virgine ostensus; cum ibi sit mysticè scorpio, dipsas, & serpens flatu adrens, de quibus Deuter. 8. Virgo enim ea loca ad castrametandam nobis ostendit; quæ animæ quieti, ac profectui sunt opportuna, quo circa eius consilium attendente mente excipiendum, eius sequenda vox est, vt nos admonet

Deut. 8.

Bonavent

Bonaventura in spec. B. Virg. cap. 3. Maria est nobis columna nubis, iuxta illud Psalmi, Deaucti eos in nube, quia tanquam nubes protegit ab

Psal. 77.

astu divina indignationis; & ab astu diabolica tentationis, sicut dicitur in Psalmo, Expandit nubem, &c. Maria quoque est columna ignis in no-  
cæ seculi huius illuminans mundum, citatque illud Bernardi, Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, ubi dies? Tolle Mariam hanc maris stellam, quid nisi caligo involuens, um-

Maria est  
columna  
ignis.

bramortis, ac densissima tenebra relinquantur. hæc ex Bonaventura de Virgine, quæ dicitur columna nubis, & ignis, & quemadmodum Exo. 14. in vigilia matutina respexit, inquit, Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & subvertit rotas curruum, ferabanturq; in profundum: Ita Deus per Deiparam tamquam per fenestram cæli, & per mysticam columnam ignis, & nubis, respiciens dæmonis vires, & potentiam penitus evertit, quod fufius c. 22. & sequentibus ostendemus.

Bernard.  
Exod. 14.

Cap. 22.  
Dei maie-  
stat in Vir-  
gine osten-  
ditur.

Quod si denique dicas in Dei sede plerumque Dei maiestatem, auctoritatemque significari: hoc quidem negari non potest; attamen in nulla pura creatura ita relucet Dei gloria, atque maiestas; divina item attributa, præsertim potentia, sapientia, & bonitatis, sicut in Virgine Deipara, vt propterea S. Bernardinus tom. 3. conc. 61. art. 6. ca. 4. dicit, Deiparam appellari Psal. 8. Dei magnificentiam, quod fufius ostendemus ca. 15. vbi proprius erit huius rei tractandæ locus.

S. Bernard.  
Psal. 8.  
Cap. 15.

**TERTIVM PRÆCIPVVM ARGV-  
MENTVM QUOD DECEM PROXIMIS CAPITIBUS CONTINE-**

tur, quò quatuor illa propter quæ Throni Angelici ex Dionysio Areopagita hoc nomen sunt adepti, longè præstantiùs in Deipara inveniri demonstratur,

**GRATIAE MAGNITVDO VIRGINI DEIPARAE DIVINITVS IN SV A  
immaculata Conceptione collata, & de Gloriosissimo iuxta,  
ac Suavissimo nomine Maria.**

**C A P V T I V.**

Tertiaria-  
tio, qua ex  
compara-  
tione thro-  
norum  
Angelico-  
rum Virgo  
Dei thro-  
nus a strui-  
tur.  
Dionys.

**TERTIVM** principale argumen-  
tum, quo ostendimus beatif-  
simam Virginem per Dei thro-  
num intelligi, sit ex iis, quæ sa-  
cri Doctores de tertio ordine  
supremæ hierarchiæ, qui Thro-  
ni dicuntur, scribunt; præcipuè Dionys. c. 7 de  
Cœlesti hierarchia, vbi eorum proprietates ex  
eorundem nomine sic investigat: Thronorum,  
inquit, summorum, & excelso-  
rum nomen decla-  
rat id, quod ab omni terrena humilitate sine ad-  
mixtione secretum est, quod ad superiora divino  
studio fertur, nec in infimis vllis rebus habuit:  
sed totis viribus in eo, qui vere summus est, immo-

biliter firmiterq; hæret: diuinumq; aduentu sunt  
vlla motione, atque materia recipi: ac Deū por-  
tari, officio seq; ad ea, quæ diuina sunt, capienda pro-  
pensum est: hæc Dionys. Ex cuius doctrina col-  
ligit S. Thom. 1. par. q. 108. art. 5. ad 6. Thro-  
norum Angelicorum ordinem per conue-  
nientiam (ut ipse ait) ad materiales sedes ex-  
poni: in quibus quatuor docet considerari  
posse, primò situm, quia eleuantur à terra; & throni  
throni ita eleuantur, vt rationes rerum im-  
mediatè in Deo cognoscant, secundò firmi-  
tatem; in sedibus enim quis firmiter sedet:  
sed hic è conuerso ait euenire, ipsi enim thro-  
ni firmantur per Deum, tertio quod sedes su-  
scipiat

S. Thom.  
Quatuor  
in quibus  
throni  
Angelici  
materia-  
libus sedib;  
assimilan-  
tur.

scipiat sedentem, & in ea deferri possit; ita & throni Deum in se ipsis familiariter suscipiunt, & eum quodammodo ad inferiores ferunt. Ex quo S. Thomas artic. 6. ad 1. & 2. deducit, nomine thronorum designari in illis habitationem Dei, & propinquitatem ad eundem; nihil enim sedenti propinquius, quam sua sedes, quæ ad figuram sedis, quæ est superius aperta, ad accipiendum sedentem: ita & throni sunt per promptitudinem aperti ad suscipiendum Deum, eiq; se simolandum, hæc ex D. Thom. Ex hac Dionysii, & S. Thomæ doctrina huiusmodi argumentum conficitur: Quatuor illa, quæ materialibus sedibus insunt, nimirum situs, seu eleuatio à terra, Firmitas, Excipere sedentem, & Figura; ex quorum similitudine Angelorum ordo, qui throni dicuntur ex Dionysio Areopagita, & S. Thomæ, nomen hoc inueniunt; eximia quadam ratione, & excellentius, perfectiusque præ omnibus puris creaturis in Deiparam conueniunt; ergo ipsa singulariter præ aliis præstantissimi modo Dei thronus est appellanda Antecedens per singulas partes exactis litteris, & SS. Patribus breuiter probari possit, cum ea contineat, quæ apud Catholicos ab que controversia sunt receptissima. Verum quoniam in horum probatione pleraque quæ ad Virginis dignitatem celebrandam faciunt, continentur, constitutum verò nobis est, ut initio dicebamus, huius disputationis occasione de Virginis laudibus aliquid perscribere: nemo sit, qui meretur, si in his accurandis confirmandis aliquantum imporemur, ut ad hæc capita non nullas ex amplissimis Virginis laudibus reuocare possimus. Et quod attinet ad situm altissimum huius diuinæ sedis, Beatissima nimirum Virginis, illud statuendum est primò; præstantiam unius creaturæ supra aliam, & propinquitatem eiusdem ad Deum sumendam præcipue ex præstantia in donis supernaturalibus, in habitu nimirum gratiæ, & ex præstantia in visione beatifica, quod patet ex S. Thomæ 1. par. quæst. 109. artic. 4. ubi docet, Torum ordinem prælationis primò, & originaliter esse in Deo; participati autem à creaturis secundum quod Deo magis appropinquat: maximam verò perfectionem, & perquam maximè Deo appropinquatur, vult esse in creaturis scientibus Deo: vnde infert in solut. 3. Ange-

lum, qui est inferior ordine nature, præesse etiam dæmonibus illis, qui superiores eo sunt ratione nature. Hæc ex sancto Thoma.  
 2. Hoc constituto sic argumentari licet: situs throni esse debet, ut ab humo se attollat: & quoniam Deus. Job 11. *Excelsior caelo dicitur, & à sublimitate nature Altissimus per antonomasiam sæpe appellatur*, ut Plat. 90. *Qui habitat in adytis Altissimus*. & Psal. 112. *Quis sicut Dominus Deus noster, quis in altis habuit;* deo Dei Iohann. 11a. 6. *excelsum dicitur, & eleuatum*, & Ecclesiast. 24. de diuina Sapientia cum dixisset: *Ego in altissimis habitauit: inde infert altissimam sedem. Et thronus, inquit, meus in columna nubis.* At beatissima Virgo dignitate, & meritis tuam amplitudinem super omnes puras creaturas ita exulit: ut illas omnes multis spatii antecellat. Ergo quod spectat ad rationem situs, quam sublimissimè est erecta; ac proinde hæc prima sedis conditio cumulatè in illa repetitur. Minor huius argumenti, B. Virginem super omnes puras creaturas, siue Angelos spectes, siue homines, cellissimum locum ad prætam, præter alios, docet Ecclesiast. in Antiphona illa, quæ ait, *Natiuitatem B. Mariæ solentem celebramus, quæ consuetudo throni processit*: ubi vocat eam in abstracto, *cellissimum throni*; nimirum thronum cellissimum, vt cap. 2. dixi, de quo pulchrè S. Bernardinus Senensis tom. 3. serm. 2. art. 1. cap. 2. ubi docet Virginem gloriosam ad culmen triplicis dignitatis euectam, vt scilicet eius regnum sit altissimum, latissimum, & sempiternum, & quidem de altitudine eius explicat illud Plat. 8. *Eleuata est magnificentia sua super caelos*, vult enim B. Virginem fuisse singulariter magnificentiam Dei, & super caelos, id est, super Angelos inuictos, eleuatam, de latitudine verò, & firmitate eius regni S. Bernardinus fusiè probat, de quo nos alibi agemus. Sed licet hoc apud catholicos satis sit exploratum; liber tamen in honorem Virginis quid de hoc ex sacris litteris senserint Patres, & Theologi in medium afferre. Sanè triplicem Virginis statum, seu triplicem gratiæ eius perfectionem cum S. Thomæ 3. par. quæst. 27. artic. 5. ad 2. spectare possumus. Primum in immaculata sui Conceptione, secundum in eius ab Angelo annunciatione, cum Dei filium in ca-

*Throni conditiones allata Virgini magis quam Angelis tertie hierarchia congruunt.*

*Virginis sublimitas super omnes puras creaturas.*

*S. Thom.*

*Job 11. Psal. 90. Psal. 112. Isa. 6. Eccles. 24.*

*Cap. 2. n. 6*

*Psal. 8.*

*S. Thom.*

stis suis visceribus concepit : Tertium in sui glorificatione, cum ad Dei dexteram est assumpta.

Virginis gratia in inflati Conceptionis omnem gratiam omnium Angelorum & hominum superat. Primaratione maternitatis Dei.

S. Thom.

Damasc.

3 Age nunc in singulis videamus gratiæ præstantiam, quæ in Virgine invenitur, & quidem in immaculata sui Conceptione beatissimæ Virgini à præpotenti Deo infusam esse ampliozem gratiam, quàm ea sit, ad quam pervenerunt Angeli, & pro meritorum diversitate perveniunt homines, Probatur primo ex fine, ad quem erat prælecta, & ex privilegio in sua conceptione ei collatis; cum enim Virgo sanctissima ad singularem, & eximiam dignitatem Matris Dei, propter quam Christo secundum humanitatem propinquissima erat futura, esset prædestinata: ideo, ut ait S. Thom. 3. par. q. 27. artic. 5. *Maiorem præ cæteris gratia plenitudinem obtinuit: & quamvis in sua Conceptione adhuc non esset Christo coniuncta per maternitatem: divina tamen prædestinatione ad aliam ordinem habebat, ad quam in sua Conceptione per gratia plenitudinem disponebatur: vult enim S. Thom. loco supra citato ad 4. in Conceptione, seu (ut ipse dicit) in sua sanctificatione: Virginem habuisse perfectionem, inquit, gratia quasi dispositivam, per quam reddebatur idonea ad hoc quod esset Mater Christi: ita sanctus Thom. Quod satis indicare videtur Damascenus orat. 1. de Nativitate. Exultate, inquit, montes, hoc est, ratione prædita natura, quæque ad spiritualis contemplationis fastigium assurgitis: siquidem clarissimus Dei mons paritur, mons (inquam) ille, qui collem omnem, ac montem, id est Angelorum & hominum sublimitatem exuperat: ex quo citra ullam manuum operam corporeo modo excindi voluit lapis angularis Christus, una persona distinctas nature copulans, divinitatem mirum, & humanitatem, Angelos, & homines, Gentiles, & carnalem Israël in unum spiritualem Israël. sic ille. & infra ad Virginem sermonem dirigens. Tota spiritus thalassus es, gratiarum pelagus. Tota pulchra, tota Deo propinqua: ipsa namque Cherubinos superans, ac supra Seraphinos evecta, propinqua Deo extitit. O miraculum omnium miraculorum maxime novum, mulier Seraphinis sublimior effecta est. hæc Damascenus. Et huius Deiparæ sublimitatis rationem pulchre reddit in orat. 1. de dorm. Virg. *Omnium, inquit, bonorum insitium, medium, & finis: secretas item, ac vera confirmatio in illa seminis experte Conceptione in**

illa divina in habitatione, in illo denique à labe omni remoto Partu posita fuit. hæc Damascenus: quia dicit, omnia quæ initio Virgini collata fuere, propter futuram Dei maternitatem ei data sunt; fuit enim Paradisus spiritualis, cælestis, omnibus delicijs refertissimus, secundo Adæ cælesti, quemadmodum Paradisus ille terrestris primo Adæ fuerat præparatus. Ex quo bene colligimus, ut scholasticorum verbis utar, iuxta mostam modum intelligendi prius secundum rationem Virginem esse prædestinatam, ut esset Mater Dei, quàm ut tanta ei gratia decerneretur, quæ tanta fuit in Conceptione, quanta eam decebat, quæ futura erat Dei mater.

4 Et propterea Bonaventura in specu. B. Virg. cap. 3. applicat ei illud Eccles. 1. *Omnia flumina (scilicet gratiarum) intrant in mare.* id est in B. Virginem: id verò quod sequitur, *in mare non redundat:* Aliqui exponunt, quia hæc gratiarum flumina Matris Dei dignitatē ad quam erat ipsa electa, non excedunt. Ita Suarez tom. 3. in 3. par. disput. 18. sect. 4. & disp. 1. sect. 3. ubi egregiè id explicat: pulchre enim hoc expressit Bernardus serm. *signum magnum, agens de corona duodecim stellarum in capite Deiparæ: Dignum, inquit, planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarius micans, ornet eas potius, quàm ornetur ab eis.* Ambros. lib. 2. in Lucam, agens de magnitudine fidei à Deo beatissimæ Virgini tributa, qua ante incarnationem Angelo nunciante credidit se virginem parituram, eam rationem reddit, quæ, & reliquis Deiparæ virtutibus, quibus à Deo cumulatifsimè ornata fuit, optimè congruit: *Nec mirum, inquit, si Dominus redempturus mundum operationem suam inchoavit à Matre: ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum haberet ex pignora.* sic Ambros. Bernardus hom. 2. super missus est: *Proinde inquit, factus hominum, ut homo fieret nasciturus de homine, talem sibi ex omnibus debuit deligere, imò condere Matrem: qualem & se decore sciebat: & sibi noverat placituram.* & Damascenus orat. de Nativ. Virg. ad sanctos Ioachim, & Annam: *Vos, inquit, Angelis superiores: ac nunc Angelis dominantem filiam extulistis: quoniam in ipso eius ortu, seu Conceptione ante annunciationem Angelis gratiæ magnitudine præstabat, postea verò eorundem Domina est effecta.* Deinde in immaculata Concep-

Virgo prius ratione electa, ut esset Mater Dei quanto maiorem gratiam, quam habuit. Bonavent. Eccles. 1.

Suarez.

Bernard.

Ambros.

Bernard.

Damasc.

Ex mag.

D Dei

gratia im-  
maculata  
Conceptionis, & au-  
xiliorum  
nullum  
peccatum  
actuale  
commisit  
Concil.  
Trid.

S. Thom.

S. Thom.

August.

Bernard.

Plenitudo  
gratia in  
Deipara.  
S. Thom.

Dei auxilio, ac providentia est consecuta, vt non solum à peccato originali immunis fuerit; verum etiam (ex sacro Conc. Trident. sess. 6. can. 23.) nullum vnquam actuale peccatum, ne veniale quidem, commiserit; imò nec committere potuerit; cum tamen reliqui, vt habet idem Tridentinum sess. 6. capit. 11. quantumuis sancti, & iusti in leuia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, aliquando cadant: Tantam (inquam) gratiam est adepti, vt fomitis motus inordinatos B. Virgo nullos vnquam senserit; vt omnes Theologi cum S. Thoma art. 6. docent: imò non tantum in Annunciatione, quod concedit S. Thomas; sed in ipsa etiam Conceptione, vel (vt alij dicunt) prima sanctificatione totaliter ei fomes fuerit extinctus, quod cum Alesii 3. par. q. 9. membr. 2. artic. 5. sentiunt plerique præsertim qua ab originali culpa eam præseruatam existimant: quæ omnia vt perfectio, & connatur ali quodam modo fiant, magnam gratiæ intentionem, & perfectionem requirunt, vt colligitur ex D. Tho. 3. par. q. 27. artic. 6. ad 1. Ergo ex hoc privilegio ab instanti immaculatae Conceptionis Virgini concessio, ad quod nullus sanctus in præfenti vita peruenit, inferre licet, maiorem tunc illi gratiam tributam fuisse, quam vllus vnquam sanctorum aliquando habuerit. Equidem tota hæc gratiæ perfectio respondet dignitati illius, quæ in Matrem Dei præelecta iam fuerat. quod confirmatur auctoritate August. lib. de natura, & gratia c. 36. de Virgine agens: *Inde, inquit, scimus quod ei plus gratia collatum fuerit ad vincendum arani ex parte peccatum: quod concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum.*

5 Quare Bernardus epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses: *Fuit, inquit, proculdubio Mater Domini ante sancta, quam nata. & mox: Ego puto, quod & copiosior sanctificationis benedictio in eam descendit, quia ipsius non solum sanctificaretur ortum: sed & vitam ab omni deinceps peccato euodiret immunem, quod memini alteri in natis mulierum creditur esse donatum: & post pauca: Sanctus igitur ortus, quonia immensa prodiens ex utero sanctitas, sanctum fecit illum.* hæc Bernardus, Qui ex hoc quod nunquam in vita peccarit, colligit copiosorem, & immensam Virgini gratiam, ad huc in Matris vtero existentis. Sanctus verò Thomas opusc. 8. docet Virginem plenam fuisse gratia quantum ad tria,

Primò quantum ad animam. Secundò quantum ad redundantiam gratiæ animæ ad corpus, de quo concepit filium Dei. Tertio quantum ad refusionem in omnes homines, quorum salutem iuvat: & de prima plenitudine dicit eam in anima habuisse omnem plenitudinem gratiæ, Primo ad vitandum omne peccatum; & assert auctoritatem allegatam ex Augustino in lib. de natura, & gratia. Secundò ad omnium virtutum opera exercenda, & ideo datam vult in exemplum omnium virtutum. S. Bernardus tom. 3. serm. 11. artic. cap. 2. *Mons, inquit, domus Domini, isa. 2. eleuabitur super omnes colles, quia Virginis altitudo sublimissima est super summos: latissima super cunctos: & firmissima, & concussa, vt moueri non possit.* His consonat, quod sicut præcursor Domini dictus est Ioannes, quod gratiam sonat, quia Christum Iesum, per quem gratia, & veritas facta est Ioann. 1. & de cuius plenitudine nos omnes accipimus, præcurtebat; & venerat ut testimonium perhiberet de lumine, digito Christum demonstrans: ita non sine diuino consilio Mater Virginis vocata est Anna; quæ, vt notat Epiphanius sermone de Laud. Virg. & Damascenus orat. 1. de Natiui. gratiam pariter sonat; vt intelligeremus Deiparam, quam Anna erat paritura, futuram gratia plenam, & quæ inueniret gratiam apud Deum, quod illi Gabriel dixit; & quia Christum gratiæ fontem nobis attulit, quodammodo gratiam in omnes deriuauit, vt ait S. Thomas 3. part. q. 27. artic. 5. ad 1. Sicut ergo Ioannes gratiæ Christi plenitudinem significauit, ita Anna ubertatem gratiæ Virginis indicauit. Confirmatum hoc ipsum est admirabili ratione, qua Deipara secundum carnem est concepta; quippe quæ ex parentibus senibus, ac diuturna sterilitate laborantibus, assiduis precibus, ieiunijs, ac voto nuncupato prolem à Deo expentibus, tandem Angelo eam illis prænunciante, singulari Dei munere progenita est, quod ex sanctis Patribus capitul. 8. fusiùs ostendemus. At verò in veteri testamento tamen aliqui viri Dei beneficii, cuius perfecta sunt opera, ex sterilibus parentibus exorti scribantur: nullam tamen aliam mulierem ex sterilibus primo partu editam legimus, præter hanc, quæ Dei Genitrix erat futura; vt ex ipso conceptionis modo eius præstantia indicaretur.

6 Secundò probatur, nam hoc ipsum in *Secunda* *funda-*

August.

S. Bernardus  
isa. 2.

S. Anna.  
ubertatem  
gratia Vir-  
ginis indi-  
cauit.  
Ioann. 1.

Epiphanius  
Damascenus

Luce 1.

S. Thom.

Cap. 8. in  
13.

ratio ex f- fundatione templi à Salomone extructi non  
 gura tēpli obleurè figuratum est: de quo legimus 3. Re-  
 Salomonis gum cap. 5. *Præcepit, inquit, rex, nimirum Salo-  
 mon, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos  
 in fundamentum templi, & quadrarent eos: &  
 3. Reg. 5. quamvis, quanta fuerit horum lapidum ma-  
 gnitudo ibi non exprimitur, illam tamen col-  
 ligere licet ex fundamentis domus suæ à Salo-  
 3. Reg. 7. mone exædificatæ, de quibus 3. Reg. 7. Funda-  
 menta, inquit, de lapidibus pretiosis, lapidibus ma-  
 gnis decem, suo oculo cubitorum, cubitus autem, ut  
 Villalp. probat nosser Villalpandus in Ezechielem, cō-  
 Magnitu- tinet ex nostris palmis duos, & semis; quare la-  
 do lapidū pretios. pides erant viginti quinq; siue viginti palmo-  
 rum. Et sanè fundamenta Virginis, nimirū vir-  
 in funda- tutes, & priuilegia, quæ in cōceptione imma-  
 culata accepit, fuere nobilissima, omni lapide  
 Apoc. 21. pretioso ornata, instar cœlestis Ierusalem, cu-  
 Cant. 6. ius fundamenta legimus Apoc. 21. duodecim  
 1. Cor. 3. esse lapides pretiosos: Virgo enim dicitur pul-  
 chra, & decora sicut Ierusalem Cant. 6. eigo in  
 pretiosis lapidibus est fundata: & quamuis 1.  
 Off. Eccl. vt testatur Ecclesia in pluribus Antiphonis:  
 Magnum, inquit, hæc dicitis mysterium: Templū  
 Des factus est vterus nesciens virum.  
 7. Cū igitur Beatissima Virgo Maria singu-  
 plum Dei lari ratione verè templum Dei animatum à  
 animatiū Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso.  
 sequenti citabimus, vocetur; & in illo templo  
 1. Reg. 7. Salomonis (vt Patres dicunt) præfigeretur;  
 sequitur in eius fundamenta, quæ in imma-  
 culata conceptione sunt iacta, lapides pretio-  
 sos inæstimabilis magnitudinis, & pretii esse  
 positos; quorum tanta est dignitas, atque pre-  
 tium, ne in cultu quidem fastigiorum, nedum  
 fundamentorum adhiberi conspiciamus in ali-  
 iis communium hominum ædificiis. Huius-  
 modi porro lapides pretiosos in fundamentis  
 iactos dicimus immensitatem gratiæ iustifi-  
 cantis, & heroicas ac pretiosissimas virtutes  
 infusas: Dona item Spiritus sancti, & priuile-  
 gia singularia; quæ omnia tunc Virgini in tā-  
 to, & tā intenso gradu fuere collocata, vt neque  
 in Angelis, neque in perfectissimis viris ullo  
 unquam tempore in ea intensione invenire li-  
 ceat, vt capite vigesimo primo vberius dice-  
 mus. Quod si spectemus ea, quæ in templi ædi-  
 ficationem præparauit Dauid, quàm multa  
 quàm magnifica, quàm pretiosa fuerint, faci-*

lè intelligemus, quæ Deus in sanctissimam  
 Virginem templum suum animatum congef-  
 ferit. Nam de templo ædificando 1. Paralip. 22  
 David dicebat: *Ecce ego in paupertate mea præ-  
 2. Paralip. paravi impenlas domus Domini auri talenta cen-  
 tum millia: argenti mille millia talentorum, auri,  
 & ferri non est pondus. Omnemque 1. Paralip.  
 29. pretiosum lapidem, & marmor parium a-  
 bundantissimè. Quod si aurum, & argentum ad  
 1. Paralip. 29. calculum nostræ pecuniæ revocare velimus,  
 centum millia auri talenta, mille sexcentos o-  
 ctoginta tres milliones scutatorum, vt vocant  
 pecuniæ Romanæ: argenti verò mille millia  
 talentorum, mille quadringentos quadragin-  
 ta milliones scutatorum conficiunt, ut docet  
 nosser Villalpandus in Ezech. tom. 2. Appara-  
 Villalp. tabul. 1. de numismatis, & Ponderibus pag. 426  
 & tabula 2. Idq; probat libro 2. de ponderi-  
 bus, & numismatis disput. 4. cap. 13. & seque-  
 pag. 408. Rationem porro tam magnifici appa-  
 ratus reddit ipse Dauid 1. Paral. 29. vbi de  
 1. Paralip. 29. templo construendo sic loquitur: *Opus namq;  
 grande, neque enim homini preparatur habitatio  
 sed Deo. ita de eximia Virginis conceptione ni-  
 hil mirum est, si tam gloriosa prædicentur; ne-  
 que enim homini præparabatur habitatio, sed  
 Deo.*  
 8. Tertio probatur in Pl. 96. *Gloriosa, inquit  
 David, dicta sunt de te Ciuitas Dei. & quam ali-  
 am (inquit Damascenus oration. 1. de dorm.  
 Virg.) Dei incire scripti, & pugillo omnia conti-  
 nentis, Ciuitatem intelligimus, quam eam, qua  
 verè ac modo naturam superante Dei verbum, &  
 Deum citra ullam circumscriptionem suscepit, de  
 qua gloriosa ab ipso Domino dicta sunt. Omnia e-  
 nim in virgine (vt ait Germanus Patriarcha  
 Cōstantinopolitanus orat. de Zona Virginis)  
 sunt admirabilia & vires natura excedentia, in  
 qua Deus suam exercuit potentiam, Fecit enim  
 in me magna qui potens est ita Germanus, & An-  
 dreas Cretensis orat. 2. de dorm. Virg. *Quid e-  
 nim ex ijs, qua sunt longè maxima non in ea pro-  
 cessit: cū maxima virtutis abundantia, atque ita  
 in huius mysticæ civitatis fundatione canitur  
 ab ipso David Dei potentia, atque bonitas, &  
 simultotius orbis læritia in Pl. 47. cū ait,  
 Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuita-  
 te Dei nostri in monte sancto eius, fundatur exal-  
 tatione uniuersa terra, mons Sion, lacera Aquil-  
 lonis, Ciuitas Regis magni, ad quod Ecclesia  
 alludit eum ait, *conceptio tua Dei Geni-  
 trix gaudium annunciauit uniuersa mundo.****

2. Paralip.

1. Paralip.

Villalp.

1. Paralip.

Tert. vatio  
 quod fun-  
 damenta  
 Virginis in  
 montibus  
 sanctis.  
 Psalm. 96.  
 Damasco.  
 Germ. Pa.

And. Cre.

Psalm. 47



Offic. Eccl.  
Psal. 86.

Diligit  
Dominus  
portas Sion  
Psal. 86.

Eccles. 24.

S. Thom.

Psal. 115.

Quarta  
ratio ex  
auctorita-  
te Sancto-  
rum.  
S. Gregor.  
Virgo dici-  
tur mons  
Domini  
in virtute  
montium.

De fundamentis porro huius Ciuitatis in Pf. 86. dicitur: *Fundamenta eius in montibus sanctis*: nimirum fundamenta, & initia gratiæ, & priuilegiorum Virginis, in Conceptione eiusdem iacta esse in culmine sanctitatis, ad quam alij sancti perueniunt: & ratio subditur: *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula iacob*. istam nimirum Virginis Conceptionem, quæ veluti ianua est ad reliquum vitæ Virginis spatium; diligit super reliquos Sanctos, qui comparantur ad Virginem, ea proportione, quam tabernacula, quæ sunt habitacula, quæ loco mutari possunt, habent ad Ciuitatē stabili firu fundatam. Neque id mirum, quia, vt in eodem Psalmo habetur: *Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus*: quasi dicat illud Ecclesiastici 24. *Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo*: maternitas enim Dei, ad quam erat prædestinata, radix fuit immensæ gratiæ, quam accepit in ipsa Conceptione, vt etiam indicat S. Thomas 2. par. quæstio. 27. artic. 5. in corp. & ad 1. Verum si portatum nomine, quod numero multitudinis exprimantur, vtramque portam, & eam, qua in hanc vitam ingredimur, hoc est Conceptionem; & eam, qua è vita egredimur, hoc est mortem, significatam velimus; sanè Deus nullius alterius puri hominis vtramque portam diligit; cum altera earum, qua in peccatis concipimur, odio digna sit; & pretiosa tantum in conspectu Domini sit mors sanctorum eius; At verò Deiparæ per Sion significatæ, & ambas portas diligit; & eam, qua absque labe per conceptionem in vitam est ingressa, & eam, qua ex hoc mundo rectâ in cælum per mortem est egressa.

9. Quartò hoc ipsum auctoritate Sanctorum confirmatur, qui magnitudinem gratiæ Virginis ante annuntiationem prædicant. S. Gregorius in 1. Reg. cap. 1. de B. Uirgine docet vaticinatum Isaiam, cum cap. 2. dixit: *Et erit preparatus mons domus Domini in vertice montium*; vnde colligi potest plenitudinem gratiæ, quæ in alijs fuit vertex, & culmen, B. Virgini fuisse basim, ac fundamentum: *Mons quippe* (inquit Gregorius) *in vertice montium fuit beatissima Virgo Maria, qua omnem electâ creaturâ altitudinem electiōnis suâ dignitate intranscendit. An non mons sublimis Maria: qua, vt conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros, usque ad solium Datusæ crexit?* sic Gregorius. Loquitur

aurem de gratia B. Virginis prius quàm Christum conciperet, cui attribuitur Damascenus ora. 1. de Natiu. Virgo, inquit, *mons est ille, qui collem omnem, ac montem, id est Angelorum, & hominum sublimitatem exuperat: mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo*. ita Damascenus. S. Epiphanius sermone de laudibus Virginis, *Auo*, inquit, *gratia plena, qua Cherubicum thronum diuinitatis fulgore superas*. Bernardus sermone *Signum magnum, in eo*, inquit, *quod tam reuerenter, atque officiosissimè ab Archangelo salutata est, vt iam in regali solio supra omnes cælestium ordinum regionum exaltatam carere videretur*. Idem Bernardus hom. 2. super misus est. *Quam verò aliam, inquit, requirebat Salomon cum dicebat. Aliam fore teum quis inueniet? quod est dicere, si etia de manu femina pendet, & nostra omnium salus, & innocentia restituitio, & de hoste victoria, sic enim legerat Deum promississe, & ita videbatur congruere, vt qui vicerat per feminam, vinceretur per ipsam, fors omnino necesse est, vt prouideatur, qua ad tantum opus posse esse idonea. At ne hoc quæsisse preterito despondendo, subâit prophetando, Procul & de vltimis finibus pressum eius, hoc est non vile, non paruum, non mediocre, non denique de terra, sed de cælo, nec de cælo proximo terris premium fortis huius mulieris, sed à summo cælo egressio eius hæc ex Bernardo. Sophronius inter opera Hieronymi sermone de Assumptione Beata, & gloriosa Virgo Maria quamuis dudum incomparabilis esset vniuersis, qua sub cælo sunt virginibus, vt decantior posset eo se suscipere diuinitatis admixtionem salua utraque natura, tamen cum gratia repletur, cum Spiritu sancto perfunditur, cum virtute altissimi obumbratur, sit pressior meritis celsis, sublimior fastigijs, pulchrior sanctitate, gloriosior suorum prærogatiuis meritorum, ita vt nullis iam visibus sit ipsa eademque mancipanda, nisi diuinis. hæc ille. B. Laurentius Iustinianus sermone de Natiuit. S. Mariæ, illam, inquit, profectò adhuc in Matris utero decubantem, admanit verbum, sibi que in genitricem legit, vtpote superabundanti iam benedictione præuentam, iamq; sancti Spiritus magisterio deputatam, & vult plus amatam, quàm vllum Angelum, vel hominem: sed gratia, vt docent Theologi, responderet amori, quo Deus prosequitur creaturam amatam, & est quasi obiectum eius: ergo maior illi gratia in matris utero infusa est, quàm haberent Angeli, & bea-*

Damasc.

Epiph.

Bernard.

Prou. 31.

Sophron.

B. Laur.

Iust.

S. Vincent. & beati. Idem docet S. Vincentius serm. 1. de Nativitate B. Mariæ, & affert illud Psal. 42. *Fluminis impetus lassificat Civitatem Dei*: hinc est quod prius, quàm cõciperet filium Dei, ei ab Angelo dicitur: *invenisti gratiam apud Deum* & in salutatione vocatur *Gratiâ plena*, non tãtùm qualis futura esset in filii cõceptione, sed qualis tunc esset: hac enim gratiæ plenitudine digna effecta est, ut Christum cõciperet, eiusque dignum esset tabernaculum. idque satis ostenditur ex græco verbo *κχαρῶς*, quod est præteriti temporis, & à latino interprete vertitur, *Gratiâ plena*, idque de gratia, qua tunc plena erat ante Christi cõceptionem, quamvis quia eum mox cõceptura erat, id accipiant Ambrosius in hunc locum, Augustinus in Enchir. c. 16 Sophronius de Assumptione, Chrysologus ser. 142. Beda hom. 3. de B. Virg. Rupertus lib. 6. in Cantica. His astipulatur S. Athanasius hom. de Deipara. ubi rationem, cur Deipara *Gratiâ plena* ab Angelo salutetur, reddidit his verbis: *ita quoque Spiritus sanctus descendit in Virginem cum omnibus suis essentialibus virtutibus, qua illi per rationem principatus divini adfuit, imbuens eam in gratia, ut in omnibus gratis ea esset, eum, quod ad impletionem Spiritus sancti omnibus gratis abundaret.* Hæc Athanasius. Hoc item exponens Sophronius ser. de Assumptione (qui sub nomine Hieronymi citatur à D. Thom. 3. p. q. 27. art. 5. in a: gum sed contra) ait igitur Sophronius: *Bene dicitur gratia plena, quia ceteris per partes præstatur, Maria vero se totam simul infudit gratia plenitudo.* Quod etiam ab aliis solet dici. Chrysologus enim ser. 143. super illud, *Ave gratia plena* Singulis, inquit, *gratia se est largita per partes, Maria vero simul se totam dedit gratia plenitudo.* Omnes (inquit Evangelista) de plenitudine eius accipimus, ita Chrysologus. Et Ildesonus serm. 6. de Assum. Cateris, inquit, *elocit ex parte gratia datur, huic vero Virgini tota se infudit plenitudo gratia,* idem etiam habet Petr. Damianus ser. de Assumpt. 10 Sanctus Hieronymus epistola ad Fabiolam de 42 mansionibus. *Quadragesima dua* inquit, *mansiones, per quas Israeliticus populus venit ad Iordanem, sunt quadragesima dua generationes Abraham usque ad ipsum Christum; in quo numerus sacramentorum vorus currit. Hebraus qui de terra transire festinat ad caelum & Aegyptio saculi delectatæ terram repromissio nis ingreditur: nec mirum si in*

huius numeri mysterio perveniamus ad regna caelorum; sub quo Dominus, atque Salvator à primo Patriarcha pervenit ad Virginem, quasi ad Iordanem, qua pleno gurgite fluens Spiritus sancti gratis redundabat. hæc Hieronymus. Idem in Psal. 18. hanc Virginis supra reliquos Sanctos præstantiam non obscure indicat, cum Mariam in Psalmo solem appellatam etiam ante Christi incarnationem docet, ut quemadmodum inter stellas omnes sol magnitudine, splendore, & efficacia longè illis præcellit; sic & Deipara inter sanctos gratiæ immensitate, & virtutum prærogatiuis, & beneficiorum magnitudine cunctis præstet, verba Hieronymi hæc sunt: *in sole posuit tabernaculum suum, in sole in vero sancta Maria Virgini; Maria interpretatur stella maris; lumen solis magis lucet, quàm stellarum, sol iustitia Dominus (ut ait Prophetæ) Orietur vobis sol iustitia, quod est Christus; illuminavit sol iste stellam, id est, Mariam, ut esset sicut SOL, ideo posuit tabernaculum suum in sole quando corpus assumpsit ex utero suo.* ita Hieronymus. Petrus Damianus sermone de Assumpt. B. Virgin. exponens illud Cant. 3. *Quasi virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuris, & universi pulveris pigmentarii; Uniuersus, inquit, pulvis pigmentarius in Virgine protectus est quando in ea virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit, & si ceteris per partes spiritus adfuit, Maria tamen tota plenitudo gratia pervenit: ideo à Sophronio serm. de Assumptione vocatur hortus deliciarum, in quo sunt constituta omnium florum genera, & odoramenta virtutum, & S. Thomas opusc. 8. in salutatione Angelica docet meritò ab Angelo Gabriele B. Virginem reuerenter salutata illis verbis: *Ave gratia plena,* quia excedebat Angelos in plenitudine gratiæ, etiã priusquàm Verbum ex ea carnem fumeret, quæ magis est in B. Virgine quàm in aliquo Angelorum. ita S. Thomas.*

DE PRAECLARISSIMO AC MELLIFLUO nomine Maria.

QUINTA ratio ducitur ex etymologia sanctissimi nominis Maria, quo Deipara cum nasceretur Angeli admonitu à parentibus est appellata, tum ad præclarissima munera declaranda, propter quæ à præpotenti Deo in mundi totius utilitatem etat præordinata, tum ad eius singularem præstantiam indicandam, quam in Conceptione acceperat,

Pet. Dam. in Ps. 18.

Malach. 4.

Pet. Dam. Cant. 3.

Virgo dicitur virgula fumi.

Sophron.

S. Thom. Virgo maiori gratia ornata, quæ Angeli etiam ante incarnationem.

Maria nomen præstantissimum.

D 3 & ad



*Nyssen.* & ad quam erat postea evahenda: quod elegantius expressit Nyssenus orat. de Natiu. Dom. Anna, inquit, filiam vocavi Mariam, ut ipso etiam nomine restaretur munus acceptum à Deo; quod repetit Nicephorus lib. 1. c. 7. & Chrysologus serm. 142. *Ante causam*, inquit, *dignitas Virginis annunciatur ex nomine, nam Maria hebraeo sermone, latine Domina nuncupatur.* sic ille. Verum ut hoc altius intelligatur, ostendam primum multiplicem huius sacri nominis notionem, illudque iure optimo Deiparæ inditum, deinde eiusmodi nomen longè ante in orbe præfiguratum, ac præcognitum fuisse; quin etiam ipsis Deiparæ parentibus ab Angelo præsignificatum, postremò afferam in medium eiusdem nominis virtutem, ac potentiam dignitate amplissimam, efficacitate præstantissimam.

*Maria quid significet, & quot modis sumatur.*

*Ambros.*

*Epiphani.*

*Hieron.*

Ergo Maria, quemadmodum ex Patribus, quos afferemus animadvertunt non pauci, multa significat, & ut omitam illud Ambrosij de Instit. Virg. cap. 5. vbi *Speciale*, inquit, *Maria Domini hoc nomen inuenit, quod significat Deus ex genere meo.* sic ille. Certè apud Hebræos nomen est dissyllabum, & pronunciatum Miriam. cuius posterior syllaba iam, mare significat; prior verò iuxta multiplicem, (ut Hebræi loquuntur) radicem, ex qua deduci potest, multa quoque sonat, nos hac in re quid S. Epiphanius, & S. Hieronymus Hebraici sermonis peritissimi, quos reliqui omnes sequuntur, tradiderunt, in medium afferemus. Epiphanius ora. de laud. Virg. Mariam, inquit, interpretari solemus Dominam, atque etiam spem, peperit enim Dominum, qui est spes totius mundi, nempe Christum: rursum nomen illud Maria interpretatur *in mari*; Myrrham verò (dicit aliquis) quod ego etiam aio, de immortalitate, eo quod paritura esset gemmam immortalitatem in mari, hoc est in mundo; Mare autem dicit uniuersum mundum, cui Virgo serenitatem, & tranquillitatem contulit, dum portum peperit Christum. Rursum itaque præclara puella Maria nomen interpretatur illustrata, utpote quæ illustrata sit à filio Dei, & cunctos usque ad terminos terra credentes Trinitati illuminauerit. hæc tenet Epiphanius. S. Hieronymus verò in lib. de nominibus hebraicis in Exodo eorum etymon tradens. Maria, inquit, illuminatrix mea, vel illuminans eos, aut smyrna maris, vel stella maris; & in Matthæo, Mariam, inquit, dicimus sonare stellam maris, siue amarum ma-

re: sciendum quod Maria sermone Syro Dominam nuncupatur. sic Hieron. Ad quæ reuocari fere possunt, quæ de hoc sacro nomine alij quoque Patres locupletissimè tradidèrunt. Quocirca, reliquis omissis, quadruplex huius nominis videtur præcipua notio; valet enim idem quod Domina maris, idem quod stella, seu illuminatrix maris, idem quod smyrna græcè, latine myrrha maris, denique idem atque amarum mare.

12. Et ut à posteriori dictione, quæ est mare, Nomen ducatur initium, quæ in qualibet ex illis quatuor notionibus inuenitur, ea quidem interdum reddi potest in recto casu, cum nimirum amarum mare dicimus, interdum in obliquo, cum Dominam, vel stellam, vel myrrham maris efferimus: quòd si priori modo sumatur sanè Deipara ipsa mare merito nuncupatur, primum propter plenissimam gratiarum omnium, ac sancti Spiritus charismatum vbertatem, ac copiam; Cùm enim congregationes aquarum Deus Genes. 1. appellat Maria, cumque Spiritus sancti dona in sacris litteris sæpe, sed præsertim Ezech. 46. nomine aquæ mundæ, & Ioan. 7. fluminum appellatione significentur, profectò Deipara Spiritus sancti donis vberissimè affluens, Mare iure optimo vocatur, quod eleganter Albertus Magnus supermissus est docuit. Congregationem, inquit, aquarum vocavi Deus Maria: locus autem omnium gratiarum vocatur Maria. & Bonauentura in specul. cap. 3. Maria, inquit, mare est gratiæ affluendo, eique idem Bonauentura, ut supra dicebamus, aptat illud Eccles. 1. Omnia flumina intrant in mare, hoc est, omnia gratiarum genera Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & reliquorum Sanctorum in B. Virginem influunt. Damascen. orat. 1. de dorm. propterea Deiparam vocat abyssum gratiæ. Carthusianus lib. 3. de laud. Virg. art. 39. Maria, inquit, interpretatur mare, quia sicut nullus valet gustas maris dinumerare, sic misericordiam, gratia excellentiam, gloriamque Maria nullus valet exprimere. hæc ille. Eadem docet S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 14. §. 2. & profectò quemadmodum Deus per hoc Deiparæ pacatissimum quidem mare, nec vilius vnquam procellis obnoxium, nullo reciprocaionis æstu exagitatam ad nos leniter aduigare dignatus est, ita & nos per compendiosum eiusdem maris cursum accedere propecerimus ad Deum, ut per eam nos recipiat, qui per

*Nomen Maria per mare significatur.*

*Genes. 1. Ezech. 46. Ioan. 7.*

*Albert. Mag.*

*Bonauent. Eccles. 1.*

*Damasc.*

*Carthuf.*

*S. Anton.*

per

per illam datus est nobis. Deinde Virgo sanctissima Mare, & quidem amarissimum dici potest, propter eos, quibus Christo in cruce patienti compassa est dolores, magnitudine immanes, multitudine innumerabiles, quos expendens Ieremias Thren. 2. sub typo deusa- & tara à Chaldeis Ierusalem, Deiparam sic affatur: Magna est volut mare contritus tua, qui medebitur tui? & Bonaventura loco citato de nomine Deiparæ agens. Maria, inquit, amara est filio compatendo; quod etiam fofius profequitur S. Antoninus loco citato. Demum idem Bonavent. Deipara, inquit, mare est amarum diabolum submergendo, quem admodum mare rubrum amarum fuit Aegyptiæ in ipso submersis. O quam amara, & timenda est Maria demonibus. Unde Bernardus, non sic timens hostes, visibiles quasi castrorum multitudinem copiosam sicut aërea potestates Maria vocabulum patrocini-um, exemplum, fluunt, & pereunt sicut cera à facie ignis vbiq; inueniunt huius nominis recordationem, deuotam inuocacionem, soliciam imitationem sic Bonau.

13 At si reliquas Mariæ interpretationes, quib. in obliquo Mare dicitur, intueamur, cum Dominam, vel Stellam, vel Myrrham maris eam interpretamur, per Mare humanam naturam, cui Deipara opem affert, intelligi existimamus, quem admodum dicebat Epiphanius loco citato, & Ildesons. ferm. 1. de Assumpt. cum enim mare sit amarissimum, & ventorum turbinibus vndique expositum, ideo humanæ naturæ conditionem peccatorum felle vitiatam, cordis mœrore circumfusam, acerrimis dæmonum tentationibus, variisq; huius vitæ calamitatibus, quasi ventorum flatibus vndiq; exagitata rectè indicat. At verò Virgo beatissima cum Dei sit parens non tantum est hominum Domina, verum etiam eorum amaritudinem in dulcedinem vertit, illosq; tanquã maris stella in turbulentissimo huius vitæ mari degentes illuminat, & ad portum dirigit, ac serenitatem eis affert, & tanquam myrrha incorruptionem eisdem suis precibus confert, quod Epiphanius, cuius verba supra attulimus luculenter docet, eiq; consentit Ambrosius lib. de inffit. Virg. c. 5. vbi de nomine Mariæ agens, Venit, inquit, Dominus in amaritudine humana fragilitatis, ut conditionis amaritudo dulcesceret Verbi celestis suauitate, & gratia temperata. sic ille.

14 Verum ad priorem huius etymologiæ

dictionem, quæ multa sonat, accedentes, quam ratione Deipara Domina, stella, & myrrha maris dicatur; tamen breuiter id attigerimus, aliquantò vberius ostēdemus. Et quod spectat ad nomen Domine, præter Epiphanius, & Hieronymum supra citatos, omnes ferè Patres hanc etymologiam afferunt. Chrysologus ferm. 142. Maria, inquit, hebrao Chrysof. sermone, latine Domina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, ut Dominatoris Genetricem trepidatio deserat seruitutis, quam nasci, & vocari Dominam ipsa sui germinis fecit, & impetrauit auctoritas. hæc Chrysologus. Eucherius etiam lib. 2. Instructionum: Maria illuminata, siue stella maris; genuit enim mundi lumen; sed sermone Syro Domina appellatur. eadem verba habet Isidorus lib. 7. etymolog. cap. 10. & Beda lib. 1. in Lucam cap. 3. Damascenus verò lib. 4. de fide: Itaque, inquit, Gratia (nam hoc sonat Anna vocabulum) Dominam parit, id enim Maria nomine significatur: nam reuera Domina facta est omnium creaturarum, cum conditoris omnium effecta est mater. sic ille. & Arn. Carnoten. tract. de laud. Virg. Maria, inquit, lingua syriaca Domina dicitur: Christus Dominus, Mar a Domina: & licet ipsa se Christo profiteatur Ancillam, hoc seruitutis genus omni regno sublimius esse intelligit: Constituta quippe est super omnem creaturam, & quicumque læsæ curuat genua Matri quoque prout supplicat, & filij gloriam cum matre non tam communem iustico, quam eandem. sic Arnoldus. His consentiunt Bonaventura in speculo cap. 3. & S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 14. qui Mariæ nomen Dominam sonare volunt. Quod autē ipsa non tantum nomine, sed re ipsa Domina ac Regina sit omnis, cum sit vera Dei genitrix, sequenti capite fusè ex Patribus ostēdemus.

15 Quod verò ad nomen stellæ maris pertinet, Hieronym. non tantum in lib. de nomin. Hebr. ut supra diximus, verum etiam in Psalm. 12. id docet illis verbis: In sole posuit tabernaculum suum: in sole, in vtero Sanctæ Mariæ Virginis: Maria interpretatur stella maris; lumen solis magis lucet, quam stellarum: sol iustitia Dominus, ut ait Propheta, Orietur vobis sol iustitia, quod est Christus: illuminauit sol iste stellam, id est Mariam, ut esset sicut sol, ideo posuit tabernaculum suum in sole, quoniam corpus assumpsit ex utero suo. sic Hieronymus. Hanc eandem stellæ maris interpretationem in nomine Mariæ agnoscunt Eucherius, Isidorus, & Beda

nomina  
Domina  
significat.

Chrysof.

Eacher.

Isidorus  
Beda.

Damasc.

Arnoldus  
Carnoten.

Bonavent.  
S. Anton.  
Cap. 5.

Hieron.

Maria  
stella maris.

Psal. 18  
Maria sol

Malach. 4

Eucher.  
suprà

Thren. 2.

Bonavent.

Bernard.

Epiphanius  
Ildesons.

Ambros.

Maria

Hdef.

suprà citati. Ildesonus quoque serm. 1. de Assumpt. ipsa, inquit, stella maris, quam hodie eorum suis recipit sedibus, appellatur; quia secundum verbum hebraicum MARIA, ita interpretatur. Hinc agere dilectissimi, ut lucifer ille, qui nescit occasum, oriatur in cordibus vestris, dum in hoc seculo estis. Nam mare prorsus seculum est. Stella autem beata Virgo Maria, de qua ortus est ille, per quem illuminatur omnis mundus: Hinc securus accedit ad laudem Virginis, & illumina mini, quoniam ipsa est per quam vera lux in mare huius seculi refluxit. hæc ille. Sed luculenter

Bernard.

Bernardus Virginis studiosissimus homil. 2. super missus est. Maria, quod interpretatum maris stella dicitur, & Matri Virgini valde conuenienter aptatur, ipsa namque aptissime sideri comparatur, quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque sui lesione Virgo parterit filium, nec sideri radium suum minuit claritatem, nec Virgini suam filius integritatem. ipsa

Mum. 34.

est igitur nobilis illa stella ex iacob orta, cuius radius uniuersum orbem illuminat, cuius splendor, & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes quam corpora, fruuet virtutes, excoquit vitia: ipsa (inquam) est præclara, & eximia stella super hoc mare æneum, & spatiosum necessario subleuata, micans meritis, illustrans exemplis. Quisquis intelligit in huius seculi profluuiio magis interprocellas, & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare, ne aueriat oculos ab huius sideris fulgore, si non vis obrui procellis. Si insurgat venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum respice stellam, voca MARIAM: si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concussit mentis, respice ad Mariam; si criminum immanitate turbatus, conscientia sceleritate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipras absorberi tristitia, desperationis abisso, cogita Mariam. In periculo, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres orationis eius auxilium, non deseras conuersationis eius exemplum. ipsam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenense non corruis, ipsa protigens non metuis, ipsa duca non fatigaris, ipsa propicia peruenis, & sic in temetipso experieris; quia nomen Virginis MARIA, id est, stella maris. Idem Bernardus serm. de Natiu. Virg. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum ubi dies? Tolle Mariam hanc maris stellam, mater utique

Magni & spatiosi, quid nisi caligo inuoluens, & umbra mortis, & densissima tenebra relinquuntur? hæc Bernardus. Sanctus etiam Thomas opusc. 8. Conuenienter inquit, vocatur Maria illuminata in se, & illuminatrix in alios quantum ad totum mundum, ideo assimilatur soli, & Luna. & infra: dicitur Maria stella maris; sicut nauigantes ad portum diriguntur per stellam maris, ita Christiani diriguntur ad gloriam per Mariam. sic S. Thom. Denique Ecclesia in celeberrimo illo hymno sic Deiparam reuenter salutat.

S. Thom.

Officium  
Ecclesia.  
Aneum.

Aue maris STELLA,  
Dei Mater alma; & MOXI  
Solue vincla reis,  
Profer LVMEN caecis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

16 Cæte. um stellæ maris nomen Deiparæ multipliciter conuenire satis patet: primum siquidem Ecclesiam suæ doctrinæ luce colustrauit; quod cap. 17. diligenter ostendemus, eamque propterea Doctoium aureolam atlectam inferemus. Deinde præclarissimarum virtutum fulgore, atque exemplis ut dicebat Bernardus, adeo coruleat, vt ad sui imitationem prouocet uniuersos, cuius vita inclyta, ut canit Ecclesia, cunctas illustrat Ecclesias; de eius porro heroicis virtutibus copiosè cap. 21. de earumque imitatione cap. 37. agemus. Denique sicut stella maris, quam Polarem appellamus; eis, qui nauigant in eis maris procellas, ac tytes, etiam ionis lumine subiato, cursum præmonstrat, eosque dirigit; ita sanctissima Virgo in tenebricoio vitæ huius Oceano iactatos, & scelerum tenebris undique circumfutos, modo ad eam subinde respiciant, eamque precibus inuocent, certum tenere cursum docet, & ad portum salutis appellere, quod eleganter Bernardus, Epiphanius, ac sanctus Thomas, quos supra attulimus, docent. Illud quoque minime prætereundem S. Antonium 4 part. tit. 15. cap. 14. §. 2. piè ostendere, quomodo Deiparæ congruant ea, quæ de stella maris, quam Polarem vocamus, tradunt Astrologi: hæc enim in cauda Virgæ minoris sita, omnium stellarum, quæ videntur proxima Polo, loco Poli, qui minimè visui patet, sumi solet; est enim ex ipsa Cœli substantia, non secus atque aliæ stellæ. Et quoniam hic ver-  
tex, ut verbis utar Poetæ, nobis semper sublimis,

Cap. 19.

Bernard.

Cap. 21.  
Cap. 37.

S. Anton.

Virg.

Virgil.

mis, ea stella in nostro hoc hemispherio de-  
gentibus nunquam occidit; magnetem, fer-  
rumque magnete oblitum ad se attrahit, Nau-  
tas dirigit, & circa eam reliquæ stellæ assidue  
moueri videntur: ita Deipara sanctissima  
Christo omnium est proxima; eius vitæ con-  
uersatio tametsi in terris degeret, tota erit cœ-  
lestis; reliquis omnibus, Sanctis, quàm longis-  
simo interuallo præcellit; lapidea, ac ferrea  
peccatorum pectora sua virtute trahit, in hoc  
mari nauigantes dirigit; & vt verbis vtar

Bernard.

Bernardi sermone 2 de Pentec. ad illam sicut  
ad medium sicut ad arcam Dei, sicut ad verum  
causam sicut ad negotium seculorum respiciunt,  
& qui in Cælo habitant, vt resarciantur. &  
qui in inferno, vt eripiantur, & qui præcesserunt,  
vt propheta fideles innemantur, & qui sequuntur, vt  
glorificentur. Franciscus quoque Mayro lon-  
gè ante sanctum Antoninum in sermone de

Mayro.

creatione animæ B Virginis, plurimas stellæ  
maris conditiones Deiparæ eleganter accom-  
modat, docetque quemadmodum circa Pô-  
lum septem vertuntur stellæ, ita Deiparam ad  
dexteram sui confidentem, septem Angelos  
ante Deum astantes circumambire; quod v-  
berius cap. 26. expendemus, ad rigoremque  
Astrologorum examinabimus illud de septem  
stellis Polum ambientibus.

Cap. 26.

Maria  
myrrha  
maris.

Nomen quoque MARIÆ idem est, quod  
myrrha maris. Myrrha verò cum propter a-  
maritudinem sibi insitam corpora à lue, ac  
mortalitate præseruet, & veteres demortuo-  
rum corpora ea condite conseruerint; ideo  
apud sacros Doctores christianæ mortifica-  
tionis symbolum est; quæ tametsi in uauis,  
vilissima est contra peccatorum luem. Deipa-  
ræ verò hæc notio dupliciter aptari potest:  
primò ratione sui; quia, ut supra demonstra-  
uimus, mare quoque appellatur; & quamvis ipsa  
ab omni peccatorum corruptione libera sem-  
per extiterit, ad Dei tamen gloriam, & ad imi-  
tationem filii mortificationem egregiè coluit,  
quod cap. 21. ostendemus. Deinde myrrha dici  
potest, respectu nostri; quibus ipsa ex Epi-  
phanio, quem supra citauimus, incorruptio-  
nem suis precibus, & meritis impetrat.

Cap. 21.  
Epiphan.

Maria no-  
men præsi-  
guratum,  
& multo  
ante præ-  
cognitum.

Denique amarum mare, quod erat vltima  
notio huius sacri nominis satis explicatum  
est ex his, quæ supra de Mari dixerimus.  
Sed ostendamus iam nomen hoc Ma-  
riæ aliquando præfiguratum, & multo anti-  
us præcognitum, ac ipsi Deiparæ parentibus

præfiguratum, quod erat secundo loco de  
hoc sacro nomine tractandum. Et quidem

Exo. 15. Maria Prophetissa soror Moyfis præ-  
stantissimi videlicet Prophetæ, ac Iudæorum  
Ducis, ac legislatoris, soror quoque Aaron,  
summi Sacerdotis, mulier ex Clemente Alex-  
andrino libr. 4 Stromat. sapientia insignis, de-  
merso Pharaone cum Ægyptus in mari ru-  
bro sumpto tympano reliquis mulieribus cum  
tympanis, & choris, post eam egressis præci-  
nabat: *Cantemus Domino gloriosa enim magni-  
ficatus est equum, & ascensorem eius desecit in  
mare: quo circa eam Deiparæ typum gestisse*  
non tantum re, sed ipso etiam nomine docent  
complures Patres, Nyssenus libr. de Virgin. cap. 6. Chrysológus sermo. 146. S. Antoninus  
4. part. tit. 15. cap. 14. §. 2. quin etiam in  
veteri testamento Virginem fuisse docent  
Nyssenus, Ambrosius, & Chrysológus locis ci-  
tatis, quippe quæ non à marito, sed à fratre  
cognominatur. At verò Deipara Virgo puris-  
sima Christi summi Sacerdotis, populi que si-

Exod. 15.

Clemens  
Alexan-  
drinus.

Nyssenus.  
Chrysol-  
gus. S. An-  
tonin.

Nyssenus.  
Ambrosi-  
us. Chrysol-  
gus.

August.

Isa. 8.  
Basiliu

August.

deus Ducis, ac Legislatoris, vera mater, &  
affectu, ac natura soror ex Augustino libro 17  
de Civitat. cap. vltim prima in nouo testamen-  
to prophetissa fuit; Prophetissam enim eam  
Isaias cap. 8. per prænotionem Spiritus ex Ba-  
filio, & aliis quos c. sequent. citabimus, appel-  
lat: quæ inchoata humani generis liberatione  
in incarnatione, iam in utero suo peracta, in-  
telligensque prostratum Pharaonem inferna-  
lem veluti præclara Tympanistris, quo no-  
mine vocatur ab Augustino sermone 17. de  
natali, exultauit in Spiritu, Deoque gratias  
agens cecinit: *Magnificat anima mea Domi-  
num, Luc. 1.*  
& quæ sequuntur. Quare Aponius libro 6. in  
Cantica illam in veteri testamento, hanc in  
nouo viginis Principes facit: *Quæ, inquit,  
capere Ecclesia genas mirandas efficere int. grita-  
tem seruando.*

18. Neque Deus optimus nomen hoc so-  
lùm præfigurari, verùm etiam euulgari voluit:  
& ut omittam Rabbi Hakados Iudæorum  
doctissimum apud Galatinum libro 7. de ac-  
canis cap. 13. qui in responsione 7. ad Antoni-  
num Contiolem, contendit Mariæ Martis  
Messiæ nomen contineri Isaia 9. illis verbis:  
*Et multiplicabitur eius imperium,* certè apud  
Ethnicos non omnino ignotum illud fuisse  
multa restantur: in primis Sibylla Erithræa  
libr. 8. oraculorum cum multa de Christo va-  
ticinaretur, de eius matre illud adiecit.

Isa. 8.  
Basiliu

August.

Luc. 1.  
Aponius.

Maria no-  
men apud  
Ebn. eos

quoque ce-  
terum illud  
Galatinu.

Isa. 9.

Sibyl. orac.

E

Et

Et brevis egradiens *MARIÆ* de Virginis aluo.

*Exorta est noua lux.*

*Plinius* Et Argonautæ cum templum excitassent longè nobilissimum, oraculumque consulissent, cui nam dicari deberet, hæc ab eo ipso accepisse scribit *Cedrenus* in compendio.

*Afsidua virtute decus sublime parate,  
Atque unum (sic mando) Deum, qui cuncta gubernat*

*Cælesti residens solio colite, atque timete.*

*Illius æternum, atque ante omnia sæcula Verbum*

*Nescia Virgo viri nostras emittet in auras,  
Quod veluti igniferus impulsa sagitta procellis  
Edomitum reddet diuino munere mundum.*

*Huius cui *MARIÆ* nomen sanctissima mater*

*Agnoscat templum proprium sibi ritè dicatum.*

Quod quidem oraculum veteres illi æreis litteris in marmore impressis in ianux frontè expositum posteritati transmissere, sed veritatis ignari *Cacodæmonis* impulsu *Rhexæ*, quam *Deorum* matrem fabulabantur, illud consecrarunt, quod postea *Zenone* Imperatore ad veræ Dei genitricis cultum est traductum, hæc ex *Cedreno*. Cuius narratio probatur etiam auctoritate *S. Procopii* inclyti Christi martyris, qui in persecutione *Diocletiani* coram *Flabiano* Iudice, cum fidei Christianæ rationem redderet, ut Christi incarnationem *Ethnicorum* testimonio confirmaret, ex ipsorum *Annalibus* quandam profert *Iasonis* Argonautarum principis historiam de templo ab eo in arce Atheniensi posito, quod ab oraculo delphico Dei genitrici consecrandum acceperat, ubi nomen *MARIÆ* ab eodem oraculo prædictum apertè habetur, quemadmodum susè dicemus *traçt. de Templ. Deip.*

*Zeno Imper.*

*S. Procopii M.*

*Traçt. de Templ. Deip. Metaphraste. Surius.*

*Damascenus.*

*Damascenus* præterea in oratione de iis, qui in fide decesserunt de nostris mysteriis, quæ aliqua ratione *Ethnicis* cognita fuere, nonnulla proferens, subiicit in hunc modum: *Alii*, inquit, *Verborum ex Virgine, atque aded nomen ipsius enunciarunt; MARIA enim, ait quidam, nomen puella. sic Damascenus.*

19. Neque verò silentio prætereundum est quod annum Domini circiter 1220. Honorio III. Pontifice Maximo. & *Friderico II.* Imperatore, ac *Ferdinando Castellæ Rege* contigisse narrat *Rodericus Sanctius* in sua historia hispanica part. 2. cap. 40. *Huius*, inquit, *gloriosi Ferdinandi Regis tempore* (vt scribit *Martinus Consentinus*) quoddam mirabile ad *Catholica* nostræ fidei defensionem accidisse fertur. Nam cum apud *Toletum* quidam *Iudaus* gratiæ ampliandi vineam suam rupem comminuisset, in medio saxi concauitas reperita est, ubi liber erat folia lignea habens descriptus tribus linguis, *Hebraicis, Græcis & latinis*, scriptus vero quasi vnus psalterii videbatur. Hic liber de triplici mundo diserebat, ab *Adam* vsque ad *Antichristum*. Principium verò tertii libri incipiebat à *Christo*, sic exordiens. In tertio mundo filius Dei nascetur in mundo ex *Virgine MARIA* patieturq; pro hominum salute, hæc ille, qui hæc historiam ex *Martino Polono* desumpsit in suo *Chronico* expurgato cap. 187. ubi etiam addit, *Iudæum* illum cum sua familia ad *Chnifum* conuersum, eam citat *Canisius* libr. 2. de *B. Virg.* cap. 7. Ex quibus satis patet longè ante *Deiparæ* natiuitatem eius nomen literis consignatum. Hoc quoque *Deiparæ* nomen à parentibus non casu, neque humano consilio, sed *Angelo* eis illud significante cum eius conceptionem illis prænuñciauit, impostum testatur liber de Natiuitate *Virginis* inter opera *Hieronymi*, & indicat *Ambrosius* de instit. *Virg.* cap. 5. Id expressè affirmat *S. Antoninus* 4. par. tit. 15. cap. 14. ante fete. *S. Antonini* sicuti nomen *Isaac* diuinius prædictum est *Abrahæ* *Genes. 17.* & nomen *Ioannis Baptistæ* ipsi *Zachariæ* *Luc. 1.* ita hoc singulare amoris, & diuinæ providentiæ signum aliis concessum, non est *Deiparæ* denegatum, vt rectè animaduertit *Suarez* 3. par. tom. 2. disp. 7. sect. 1. nam ut sapienter *Ambrosius* libr. 2. in *Lucam*, *Habent*, inquit, *hoc merita Sanctorum, ut à Deo nomen accipiant*, quod multis exemplis probat, præsertim cum hoc nomen *MARIÆ* post nomen *Iesu* tantam habeat contra *Satanæ* tentationes, & mundi pericula virtutem, ut omnes expetitur, & infra dicemus, tantam significationem mysticam, vt diximus, tantam etiã suauitatem, vt meritò à *Bona Ventura* in *speculo* cap. 3. dulcissimum, ab aliis mellifluum appelletur.

20. Reliquum est, vt de huius sacri nomi-

*Nouum de Iesu, ac Deiparæ ualentiū Roderici Sancti.*

*Canisius*

*Deiparæ nomen ab Angelo impostum.*

*Ambrosius*

*S. Antonini*

*Genes. 17. Luc. 1.*

*Suarez. Ambrosius.*

*Bona Ventura*

**Plato.** nis præstantia, atque virtute aliquid differamus, quod tertium erat ex iis, quæ de eo dicenda propoluit, atque illud initio statuitur, quod Plato in Cratylō, & complures Philolopi animadvertunt, sapientis esse nomina rebus imponere, quæ rerum naturis congruant, eaque de causa sacri Interpretes Adamum, utpote sapientissimum, & naturarum omnium apprimè gnarum, Gen. 2. nominibus suis cuncta animantia appellasse tradunt.

**Genes. 2.** Cum ergo sacrum hoc nomen Mariæ ex sua etymologia, ut vidimus, mysticus sit refertissimum, totque ac tanta significet, illudque divino consilio Virgini sanctissimæ facit impositum, consequens est Deiparam vndeque perfectissimam nominis sui notionem adæquare, eiq; se ipsa egregiè respondere, atque adeo ex ipso etiam nomine illius præstantiam rectè colligi. neque illud mysterio vacare videtur, quod Viegas in Apoc. c. 12. cōm. 2. sect. 1. obleruauit, quemadmodū Dei nomen hebraicè est tetragrammaton, seu quadrilitterum, derivatum ab esse, de quo Hieronymus epist. 128. & 136. ita & nomina Iesu, & Mariæ hebraico idiomate esse pariter tetragrammata, seu quadrilittera, quod ad eorum dignitatem ipectare videtur. Et nomen quidem Iesu, quod Iesuaq; hebraicè à salute deducitur, Sanctes Pagninus hebraicè sermonis peritissimus in suo hebraico dictionario in radice Iasaph ex quatuor literis, Iod, Scin, Vau, & Ghain constare docet, quamuis alii, inter quos est Bellarminus in exercitatione Grammatica hebræa super psal. 34. vers. 7. Ieho Suagh pronunciant, & quinque literis scribendum contendunt. At verò Mariæ nomen à multiplici radice, ut diximus, deductū citra omnem controuersiam apud hebræos quatuor literis nimirum Mem, Res, Iod, & Mem cōiunetur: puncta. n. quæ apud eos vocè vocalium subeunt, inter literas non connumerantur. Quod si Dei nomen tetragrammaton, ineffabile propter eius reuerentiam apud Hebræos erat, certè & Deiparæ nomen non abique magna reuerentia efferendum est, quod satis docuit S. Gerardus Episcopus in Hungaria, & martyr, qui Hungaros ita instituit, ut nomen hoc minime pronunciarent, sed Dominam vocarent, quòd si eius nomen protulissent, statim flexis genibus, & demissis capitibus se se inclinarent, ut est in eius vita apud Surium die 24. Septembr. qui vsus in

reliquis Christiani orbis prouincijs inoleuit, cuncti enim nostram Dominam eam vocant, & ad eius nomen reuerenter caput aperient, quin etiam non desunt, qui velint Archangelum Gabrielem ob Virginis reuerentiam initio salutationis à proprio Deiparæ nomine abstinuisse, postea tamen cum præ humilitate Deipara turbata esset in sermone eius, subiecit, *Ne timeas Maria.* Canisius quoque libro 1. ca. 1. inter alia, quæ ad nominis Mariæ commendationem affert: Hebræi, inquit, inter arcana sua celeberrimum ducunt, unam inter creaturas longè perfectissimam esse, ipsi Miratō hoc est principem facierum appellant, quia semper stes ante faciem summi Imperatoris, & eius habeat ad ipsius præsentiam benemeritos introducendi. *Animaduersum est autem ab eruditis, MARIÆ nomen cum illo (Miratō) haud perperam conuenire, cum numerus, & literis collectis respondeat, & supputanti summam efficiat 999. nō genitorum nonaginta nouem.* hæc Canisius. Et hæc eadem ex Georgio Veneto in harmonia mundi canon. 1. tom 5. affert Viegas loco citato, id quod huiusmodi doctorum auctoritate allatum sic explico.

Quemadmodum numerus bestiarum Apocal. 17. est sexcenti, & sexaginta sex, senarius enim in sacris literis est numerus laboris, ad quem Antichristi sectatores perueniunt, triplicatus autem insignem laboris imperfectionem non tantum superficiale, sed solidam, & æternam, veluti trina dimensione constantem indicat, & quemadmodum nomen sanctissimum Iesu, ex Beda in commentarijs in Lucam, græcè numerum habet octingentorum octoginta octo, quod eius literas supputanti satis liquet, & ipsa Sibylla prædixit in cōsmine apud Siftum Senentem in bibliotheca sancta, libro 2. V. Sibylla: numerus enim octonarius ad resurrectionem, & gloriam spectat, triplicatus autem ostendit solidam resurrectionis gloriam, atque æternam, ad quam Christus suos perducit: ita numerus nominis Deiparæ nongentorum nonaginta nouem magna præfert dignitatē, nongentarius enim ex ternario, qui diuinis performis conuenit, numero perfectissimo ter repetito constat, & Angelorum ordinibus propter sanctissimæ Trinitatis honorem ex Dionysio cap. 6. cœlestis hierarchiæ, est attributus, quare indicat Deiparam totam cœlestem, & Anglicā, quæ tamen si Angelis longè præfert,

E 2 inter

Canisius.

Viegas.

Apoc. 17.

Iesu ac  
Maria nomina mysticis re-  
fertur.

Beda.

Bibliotheca sancto-  
rum.

Dionys.

inter res tamen creatas ad eximiam Deiparæ puritatem, & sublimitatem declarandam nihil est Angelis magis accommodatum; triplicatus autem novenarius hanc Deiparæ præstantiam in signem, & solidam ostendit.

**Exod. 15.** 21. Quod si Deiparæ nomen græcè, vel latinè vertatur, totidem litteris cum nomine Iesu constat, Septuaginta enim Exod. 15. græcè nomen istud reddidit Μαρία sex litterarum, & indeclinabile cum accentu in ultima: eodem etiam modo illud vertit sanctus Lucas Evangelista in suo Evangelio, (quamvis in Actis Apostolorum illud declinet.) At *in gæcè* si diphthongus solvatur, quem admodum facit Sibylla in sua Actostichide, quam refert Augustinus lib. 18. de Civitat. ca. 23. sex litteris constat. Apud Latinos verò utrumque nomē quinque litteris effertur, quibus sanctus Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 14. §. 4. & sequentibus, & capit. 22. §. 9. multa mysteria aprat. inter quæ vult iis litteris quincuplicem Deiparæ dignitatem indicari, quarum qualibet ab ipsidem litteris inchoatur, quod fuscè ipse probat, ut nimirum Deipara sit Mater uniuersorum, Arca fœderis, Regula viatorum, laculum inimicorum, scilicet infernalium, Advocata peccatorum. Quàm illustre verò Deus factum Mariæ nomen reddiderit, illud quæ virtute ac efficacia in cunctis hominum necessitatibus præditum effecerit, complures Patres non minùs piè, quàm vetè docent. Chrysologus sermone 146. cum commemorasset Mariam Prophetissam Virginem sororem Moysis, quæ transito mari rubro cæteris mulieribus præcavit, de nomine Deiparæ hoc profert elogium. *Nomen hoc Prophetia germanum est, hoc renascentibus salutare, hoc virtutis in signe, hoc puaritia decus, hoc iudicium castitatis, hoc Dei sacrificium, hoc hospitalitatis virtus, hoc collegium sanctitatis: merito ergo matris Christi nomen est hoc maternum.*

**Method.** hæc Chrysologus. Methodius orat. in hypapantem; tuum, inquit. Dei genitrix nomen divinis benedictionibus, & gratis omni ex parte refertum. S. Bonaventura in speculo B. Virg. c. 8. eam alloquens: *Quia Dominus, inquit, nominatus sum, tu es famosissima, & nominatus sum secum. Tu bene signata es per illam Ruth, de qua legitur sic. Sic exemplum virtutis in Ephraim, & habeat celebre nomen in Bethlehem. id est, in Ecclesia. O celeberrimi nominis Maria, quomodo*

do possit nomen tuum non esse celebre, quæ etiam deuotè nominari non potest sine nominantis vilitate, testatur tuus Bernardus dicens: *O magna, ô pia, ô multum laudabilis Maria, tu nec nominari potes, quin accendias, nec cogitari quidem, quin recreas affectus diligentium te, tu nunquam sine dulcedine diuinitus tibi in sua pia memoria portas ingrediens. Maria ergo, fraires, optime signata est per illam famosissimi nominis feminam Iudith, de qua scriptum est. Nec erat, qui de ea loqueretur verbum malum. hæc Bonaventura.*

22. Quin etiam Dei genitricis nomini illud verè congruit, quod eidem Iudith sub typo Deiparæ dictum est in reg. mus cap. 13. libr. Iudith. *Benedicta es tu fili a Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnere capitis Principis inimicorum nostrorum, quia hoc die NOMEN tuum ita magnificauit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternū: pro quibus non peperisti animam tuam propter angustias, & tribulas omni generis tui: sed subuenisti ruina ante conspectum Dei nostri, & dixit omnis populus fiat. Iudith in libr. contempl. diota.*

Virg. Mar. cap. 5. ad eandem Virginem sermonem dirigens, de hoc nomine eleganter in hunc modum loquitur: *Vocabitur tibi nomen, & sanouum ô beatissima Virgo MARIA, quod os Dominus silicet, filius Dei, qui est os patris per Angelus, nulum nominauit, videlicet, gratia plena. Postea minus laudè verò nomen MARIE expressit dicens: Ne timeas. Maria dedit enim tibi Virginis Maria tota super sancta Trinitas nomen, quod post nomen super benedicti filii tui est super omne nomen, ut in nomine tuo genuflectatur, uti manifestè patet, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur huic sanctissimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem. Non enim est in illo alio nomine post nomen super benedicti filii tui tam potens adiutorium, nec est vllum aliud nomen datum sub cælo hominibus post dulcè nomen Iesu, ex quo tanta salus hominibus refandatur, quia super omnia sanctorum nomina, respicit lapsos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat dueros, recreat fessos, vngit agnostas, & iugum diaboli extrudit. Fama tui sanctissimi nominis, clarissima Virgo, MARIA, prius clausa fuit, quæ adiu in mundo morata fuit, seu post assumptionem tuam in Cælum divulgata fuit per omnia mundi climata: nam in prædicatione Apostolorum, in*

Exod. 15.

August.

S. Anton.

Maria nomen hominibus saluberrimum. Chrysolog. Exod. 15.

Method.

Bonauent.

Ruth 4.

Bernard.

Iudith. 8.

Iudith. 8.

Idiota.

Naria nomen in signe, & sanouum ô beatissima Virgo MARIA, quod os Dominus silicet, filius Dei, qui est os patris per Angelus, nulum nominauit, videlicet, gratia plena. Postea minus laudè verò nomen MARIE expressit dicens: Ne timeas. Maria dedit enim tibi Virginis Maria tota super sancta Trinitas nomen, quod post nomen super benedicti filii tui est super omne nomen, ut in nomine tuo genuflectatur, uti manifestè patet, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur huic sanctissimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem. Non enim est in illo alio nomine post nomen super benedicti filii tui tam potens adiutorium, nec est vllum aliud nomen datum sub cælo hominibus post dulcè nomen Iesu, ex quo tanta salus hominibus refandatur, quia super omnia sanctorum nomina, respicit lapsos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat dueros, recreat fessos, vngit agnostas, & iugum diaboli extrudit. Fama tui sanctissimi nominis, clarissima Virgo, MARIA, prius clausa fuit, quæ adiu in mundo morata fuit, seu post assumptionem tuam in Cælum divulgata fuit per omnia mundi climata: nam in prædicatione Apostolorum, in

Effraim, Ruth 4.

omnium

omnem terram exiuit sonus tui sanctissimi nominis, & manifestum toti mundo factum est. Tanta virtutis, & excellentie est tuum sanctissimum nomen, Beatrix Virgo, ut ad invocationem ipsius caelum rideat, terra lateat, Angeli congaudeant, daemones contremiscant, & infernus conturbetur. Tanta est virtus tui sanctissimi nominis, & semper benedicta Virgo MARIA, quod mirabiliter emollit,

**Proner. 10** & penetret duritiem cordis humani. Ideo scribitur lucerna Domini spiraculum hominis, quia in vestigat omnia secreta mentis, sic etiam dicere tibi possumus, lucerna Domini, id est, MARIA, quia docet, & magistra maris interpretaris, spiraculum hominis, quia peccator per te respicit in spem venae, & gratiae, qua inuestigat, id est, inuestigat re facit omnia secreta mentis, id est, abscondita cordis. O misericordissima Virgo MARIA, ego sceleratissimus peccator talis sum, & talis me feci, quod nomen meum praefusione non ausim nominare, quia nomen Christi habebam, sed nunc peccatoris. Ideo adiuuare me digneris, piissima Virgo MARIA, ut Christianus re, & nomine euadam, & sic perseverando, gratiam, te & tuum, filium Regem aeternum laudandi, obtineam in vitam aeternam. Amen. haec tenus Idiota.

**Canisius** Non immerito igitur nosse Canisius lib. 1. de beata Virgine cap. 1. de hoc nomine agens: Si ullum aliud, inquit, venustum, praclarum, & gratiosum nomen ulli contigit mortalium, quod scribi, legi, decantari, pingi, sculpiq; mereatur, id MARIA nomen videri potest, dignum sane quod in omnium oculos, aures, & mentes incurrat, magnaq; cum reuerentia, & priuatim, & publice nominetur sic ille: & sapientia pia fidelium consuetudo hoc sacrum nomen depictum in Templis, & in domibus religiose veneratur.

23. Caeterum de praestantissima huius sancti nominis in cunctis tentationibus virtute, atque efficacia, pulchre Bernardus hom. 2. super missus est, quem supra fuisse citauimus: sed ea, quae huc spectant non inutile erit repetere. Si insurgant, inquit, venti tentationum: si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca MARIAM: si iracundia aut auaritia, aut carnis illicebra nauticam conuenerit mentis, respice ad MARIAM: si criminum immunitate turbatus, conscientia facilitate confusus, iudicij terrore, ba-  
**Bernardus** rathro desperationis incipias turbari, et ab sorberis, & tristari: in periculis, in angustiis in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat a corda, haec Bernardus.

Cui consonat illud, quod habet S. Brigitta lib. 1. reuelatio. cap. 9. ubi Deipara haec de suo nomine eidem reuelavit. Filius, inquit, meus quantum etiam honorauit nomen meum audi. Nomen meum est MARIA, sicut legitur in Evangelio. Hoc nomen cum Angeli audierunt gaudent in conscientia sua, & reuerentur Deo, qui per me, & mecum talem gratiam fecit, & quoniam videns ipsi humanitatem filij mei in Destate glorificatam illi, qui in purgatorio sunt ultra modum gaudent, tanquam aeger in lecto jacens, si audierit ab aliquibus verbu solari, & quod ei placet in animo, quod statim exultat. Angeli etiam boni audito hoc nomine, statim appropinquant magis iustis, quibus dati sunt ad custodiam, & gaudent de profectu eorum, quia omnibus hominibus Angeli boni dati sunt ad custodiam, & Angeli mali ad probationem non sic quod ipsi Angeli separentur a Deo, sed anima sic seruiunt, ut non relinquunt Deum, sed inquierunt in conspectu eius, & tamen in flammam, & incitant animam ad agendum bonum. Omnes etiam Daemones reuerentur hoc nomen, & timent, qui audientes hoc nomen, MARIA, statim relinquunt animam de unguibus quibus tenebant eam. Sicut enim aures quae in praedam unguas, & rostrum habet, si audierit sonum aliquem relinquit praedam, & cum nihil operis sequi videt, statim reuertitur ad eandem, sic Daemones audito nomine meo, statim relinquunt animam, quasi terri, sed iterum aduolant, & reuertuntur ad eam, quasi sagitta velocissima, nisi aliqua emendatio subsequatur. Nullus etiam tam frigidus ab amore Dei est, nisi sit damnatus, si inuocauerit hoc nomen hac intentione, ut nunquam reuertit vellet ad opus solium, quod non discedat ab eo statim diabolus, & nunquam amplius reuertitur ad eum, nisi resumpserit voluntatem peccandi mortaliter. Tamen quandoque permittitur ei turbare eum propter maiorem remunerationem eius, sed non possidere. haec ibi.

Quocirca iute optimo de hoc Deiparae nomine illud Psalm. 68. de Ciuitate Ierusalem, quae eiusdem Virginis typus est, pronunciarum intelligo. & qui aliquant nomen eius habitabunt in ea: quasi qui hoc nomen pie venerantur, & colunt sub tutissimo Deiparae patrocinio, tanquam in munitissima urbe, inhabitati sint, quod exemplo Rachelis puella Rachelis Iudaeae confirmatur, quae beatissima Mariae dea ad nomen magna cum laetitia audire gestiens, & cursum ad eiusdem nominis reuerentiam theudens e-  
**Psalm. 68.** fiam per leemoinas erogare solita, tandem miro modo Deiparae ad Christi fidem Deiparae ope est conuersa, & conuersa.



cunctisque difficultatibus superatis sanctimonialium Monasterium est ingressa. quod uberioribus ex Thoma Cantipratensi lib. 2. apud cap. 29. part. 14. referemus tractatu de miraculis Deiparæ.

24. His omnibus subjiciam exemplum quoddam idoneis testimoniis egregie confirmatum. accidit enim anno Domini 1173. tempore Theodorici Flandriæ Comitis in Monasterio S. Bertini apud Urbem S. Audomari in Archiepiscopia Belgij Provincia, sub Leone dicti Cœnobij Abbate, cuius rei monumentum extat in tabula affixa basi à regione facelli beatissimæ Virginis Mariæ, quo exemplo aperte declaratur quantum Virgini sanctissimæ cordi sit pietas, ac religio erga eius nomen: hoc porro exemplum cum apud Vincentium Beluacensem in Speculo historiali lib. 7 c. 116. ponatur, totidem verbis mihi referendum duxi; quo, nulla re addita, vel dempta, maiori sinceritate illud lectori proponatur; sic autem habet. *Quidam*

*Quinque  
rosæ Mariæ  
laudes, ac  
nomen in-  
dicantes à  
Ioseph Mo-  
nachi ca-  
pito post o-  
bitum pro-  
grediuntur.*

Archiepiscopus Cantuariensis Ecclesia olim à Curia Romana reuerens in Abbacia S. Bertini, qua est apud S. Audomarum, hospitatus est; & die crastina auctus in capitulum sermonem adificationis cum fratribus habuit, quo finito eis indicavit, quia cum esset apud Beneuentum audisset: à quodam viro religioso, qui de partibus Ierosolymitanis erat, quod in illa terra quinque psalmos incipientes à singulis litteris nominis Beatae Mariæ in honore & memoriam ipsius frequentare multis consueverant, scilicet Magnificat, Ad Dominum cum trib. laudat. Retribue, in conuertendo, Ad te leuauit, singulis Aue Maria promittentes: erat autem ibidem in Conuentu S. Bertini quidam Monachus, Ioseph nomine qui hoc vigilanter audiuisset, & quotidie post matutinas prædictos psalmos in honorem B. Mariæ decantare cepit. Accidit igitur, ut quadam nocte surgentibus fratribus ad vigilas ille frater Ioseph nomine non interesset choro psallentium; Superior vero chororum circumiens cum laterna, ubi eum non inuenit, ad lectum cuius eius perrexit, ibique eum defunctum reperit, conuocati autem fratres accurrant stupentes, & lugentes, vultumque et discooperientes, inuenerunt quinque flores rosarum; unus egre diebatur de ore, & lingua eius, duo de oculis; duo de auribus. Latantes pro tali miraculo tulerunt eum in chorum, & facie discooperita cum recentibus rosis diligenter inuenientes, in rosa, qua de ore exibat, inuenerunt scriptum MARIÆ: Inuenerunt ergo illum per septem dies, donec tres Episcopi conuenirent, quorum unus

fuit Atrabacensis Episcopus, qui fuit Abbas Cisterciensis, & multi alij Clerici, & Laici, qui viderunt magnalia Dei. hæc Vincentius. Carcerum qua ratione in illis rosis initium quinque psalmodum, quos Ioseph recitare solebat, descriptum fuerit, narratur plenius in Speculo exemplorum, distinct. 9. num. 119. ubi hoc ipsum Iosephionis factum ex libro exemplorum beatæ Virginis describitur: cum enim reliqua quæ supra ex Vincentio retulimus posita essent, hæc tubjiciuntur: Superior, inquit, eius monasterij, qui frater Iosephionis erat in nocte S. Andreae anno 1173. ubi cogitasset dictum Iosephionem ad matutinas cantandas in choro non adesse, sumpta laterna iuit in dormitorium, ubi eum præcedenti Vespre viderat in dormituum; cumque venisset in dormitorium ante fratris sui lectisterium inuenit eum in lecto sed mortuum; vultusque ex ore eius rosam mira pulchritudinis excreuisse, similem quoque rosam vultu ex quo bet oculorum suorum, atque aurium exortam. Super rosam autem in ore radicatam habebatur inscripta prima littera nominis MARIÆ, atque primus versus huius psalmi Magnificat: super rosam autem in dextro oculo radicatam littera A, primus quoque versus psalmi. Ad Dominum cum tribularer habebatur inscriptus, super rosam sinistro oculi R, & primus versus psalmi Retribue: super rosam dextra auris littera I, atque primus versus psalmi. In conuertendo: super rosam sinistra auris littera A, atque primus versus psalmi. Ad te leuauit. Cum autem his admirabilibus visis stuperet Superior, cum magno timore ad chorum cucurrit, visaque fratribus nunciavit. Cumque fratres ad spectaculum conuenissent, viso miraculo, miro timore contremiscent, monachum ante dictum attingere verebantur; sed mox miserunt nunciū, & intinabant Episcopo sub cuius stabant domino, qui vesperens gratias Deo, ac beatæ Mariæ matri eius, multum ex auidio miraculo est gaudius, eo quod sic Deo & gloriosæ Mariæ eius deuote seruatis solent remunerari. Episcopus quoque induit Episcopalis bus solemnem processionem cum facibus, cum crucibus, atque iheribulis ordinauit, sicque cum conuenit, atque Clericorum solemni Collegio venit ad lectum Iosephionis monachi iam mortui: eandem autem rosam de ore iam dicti monachi, qua trahentis manum facile subsequebatur, atque cum suo v. gore, & decore incorrupta manebat, fecit in crystallo quodam formose artificiosè, ac reuerenter inclusam super altare reponi, ubi ad miraculi euidenciam ab omnibus possit videri,

*Speculo ex-  
emplorum*

*Lu-  
Gr-  
Vir-  
An-  
tie-  
sol-  
S.*

casto

cetera verò rosa mox educta aruerunt, atque pri-  
stinam pulchritudinem amiserunt. Episcopus verò  
suscepit corpus ante summum altare, quod in  
honorem beatae Mariae fuerat consecratum, hono-

re debito sepeliuit; ubi ad declarandam clemē-  
tiam Virginis, & deuoti ministri eius meritum o-  
stendendum, plura postmodum miracula conti-  
gerunt. haec in speculo exemplorum.

**GRATIAE IMMENSITAS, QVAM VIR-  
go Deipara in sua ab Angelo Annunciatione cum Filium Dei concepit est conse-  
cuta: multiplex etiam gaudendi ratio ab eodem Angelo voce illa AVE, ei  
significata, varij quoque typi, ac nomina, quibus eiusdem Deiparae,  
qua Dei Mater est, dignitas exprimitur.**

**C A P V T V.**

**S V M M A R I V M.**

- Deiparam omnium Dominam, ac Reginam esse. nu. 5.
- Vocem AVE in saluione Angelica idem esse, quod gaudē. nu. 11.
- Parti typi, ac symboli Deiparae qua mater Dei est, sunt autem quae sequuntur. nu. 22.
- Paradisus voluptatis. nu. 23.
- Civitas Dei. nu. 25.
- Domus Sapientiae. nu. 26.
- Aula Dei. nu. 28.
- Thalamus Sponsi. nu. 29.
- Liber grandis, nouus, & ob signatus. nu. 29.
- Ferculum Salomonis. nu. 30.
- Mors Dei. nu. 31.
- Medium terra. nu. 32.
- Fons hortorum, & puteus aquarum viuentium. nu. 33.
- Fons lucis. nu. 37.
- Caelum Domini. nu. 37.
- Sanctuarium Dei. nu. 37.
- Tabernaculum sui creaturis. nu. 37.
- Tabernaculum fœderis. nu. 37.
- Templum Domini. nu. 38.
- Sacrarium Spiritus sancti. nu. 38.
- Sanctissima Trinitas nobis Triclinium. nu. 38.
- Mensa panum propositionis. nu. 40.
- Vrta aurea. nu. 41.
- Arca Testimony. nu. 42.
- Eximia Deiparae tum corporis anima pulchritudo. nu. 52.

quam in sua Conceptione ei tributam dixi-  
mus; verum etiam praeter illam, praerogatiuam  
quandam eximiam, & immensum gratiae au-  
gmentum in hac filii Dei Conceptione illi col-  
latum intelligemus. In primis sanctus Tho-  
mas 1. part. quaest. 25. art. 6. agens, num Deus  
possit meliora facere ea, quae faciit, in solutione ad  
4. docet, B. Virginē ex hoc, quod est Mater Dei  
habere quandam dignitatē infinitā, ex bono infi-  
nito, quod est Deus, & ex hac parte non posse ali-  
quid fieri melius ea, sicut non potest aliquid melius  
esse Deo hęc D. Thomas Albertus Magnus a-  
pud sanctū Antoninum 4. part. tit. 15. c. 20 §. 9.  
Nō potest, inquit, intelligi maior gratia participā-  
ri creatura, quam esse Mater Dei. Idē habet Bo-  
nauentura in 1. sentent. dist. 44. in expos. text.  
in fine: Virginē, inquit, quo ad conceptiōnē prolis,  
& quia fuit Mater Dei, quo nihil nobilius cogita-  
ri potest, sic tantam habuisse bonitatis dignitatē  
quod nulla mulier amplius capere potuit: si enim o-  
mnes creatura, quācumque ascenderent in gra-  
dibus nobilitatis, essent praesentes, omnes deberent  
reuerentiā Matri Dei, sic Bonauent. qui in hoc  
sensu in speculo B. Virg. c. 8. Ipsa, inquit, est, quae  
maiorē Deus facere non posset, maiorem manūm  
facere posset Deus, maius caelum posset facere Deus,  
maiorē matrē, quā Matrem Dei, non posset facere  
Deus. Ita Bonauent. & verò quam incompre-  
hensibilis à nobis sit tanta Dei genitricis digni-  
tas, mox pluribus ostendemus. Hinc oritur  
ratio, quare Virginis excellentiam nec oratio-  
ne explicare, nec mente omnino consequi pos-  
simus: etenim vocabula, quae in sacris litteris  
ex rebus nobis notis ad eius dignitatem me-  
taphoricè declarandam adhibentur, per par-  
tes Virginis praestantiam utrunque signifi-  
cant: atque ita per Nardum odoriferam eius  
humilitatem; per Altare thymiamatis, oratio-  
nis sublimitatem, atque fragrantiam; per  
Candelabrum aureum, charitatis feruentissi-  
mā pretium inestimabile: per virgulā sumi ex-  
imiam

S. Thom.  
Materni-  
tas Dei est  
quandam  
dignitas  
infinita.  
Alb. Mag.  
S. Anton.

Bonauent.

**Q**uod si de gratia in Annunciatione Virgi-  
ni Deiparae collata loquamur, quando ve-  
ra Dei genitrix est effecta, & ratione materni-  
tatis habet actu singularem conjunctionem  
cum filio gratiae auctore, tantamque gratiae  
plenitudinem obtinuit, ut verbis utar sancti  
Thomae 3. part. quaest. 27. art. 5. in corp. & ad 1.  
ut eum, qui est plenus omni gratia in se recep-  
it, eumque patiēdo, quodammodo gratiam  
in omnes detrauit; facile ex hoc non solum e-  
ius supra omnes puras creaturas praestantiam

Luc. 1.  
Gratia B.  
Virginis in  
Annun-  
tiatione  
collata,  
S. Thom.

